Determinat hic de vndoso. Et in summa pulsus vndosus est diversus in pluribus partibus unius pulsus: et diversitas eius est in situ partium et motu: scilicet in altitudine: latitudine: velocitate: tarditate: praeceptione: consecutione: fortitudine: et debilitate. Sed ad hoc ut cum istis diversitatibus dicatur vndosus requiritur quod habeat latitudinem manifestam: et quod non sit valde parvus. Requiritur secundum quod sit molles. Nam cum istis dispositionibus si est valde parvus non est vndosus. Iste igitur similatur vndis quarum aliae post alias sequuntur.

Et ex eis est vermiculus qui est illi similis: sed est parvus multe spissitudinis: cuius spissitudo estimatur velocitas: sed non est et formicans quae est valde minor et vehementioris spissitudinis. et vermiculosi quidem et formicantis diversitas in elevatione ad superiora et preceptione et consecutione in sensu est manifestior ipsis diversitate in latitudine: immo quasi non appareat id.

Determinat de vermiculari et formicante mixtis quodammodo. Primo dices quod vermiculosus est similis vndoso in modis diversitatis: sed est valde parvus et valde frequens in tunc quod sui frequentia putatur velocitas: et non est ita. Dicit secundum quod formicaris est minor vermiculosi et spissior. Dicit tertio. quod diversitas vermiculosi et formicantis in elevatione ad superiora et preceptione et constrictione est manifestior diversitate eorum in latitudine: immo quasi in hoc non appareat. Ubi primo nota quod causa quare in istis pulsibus non appareat diversitas sive differentia in latitudinem est quia sunt plurimi stricti. Nota secundum. quod huius dicat hic de vermiculoso. quod ei spissitudo apparet velocitas. Et non est ita: tamen Hal. in libro de differentiis pulsuum dicit hoc de formicante et non de vermiculoso: et forte de utroque est verum. Lauta autem est breuitas temporis mensurantis hunc pulsum. Et quia non bene discernitur in eo tempus motus et tempus quietis apparet parvum tempus motus: tamen in rei veritate est tempus quietis parvum: non tamen quin tempus motus sit parvum in comparatione ad spatium. dicuntur autem isti pulsus ita in comparatione ad motum perceptum ex tactu vermis subterranei qui dicitur lumbricus et formice. et ambo sunt diversi in omnibus illis modis in quibus vndosus. Et quis illi omnes comprehendendit sensu ut dicit Hal. loco allegato. Differunt autem ab vndoso in magnitudine et non in qualitate diversitatis.

Et est ex eis serrinus quod vndoso in partibus diversitate similatur et in elevatione ad superiora et latitudine et preceptione et consecutione sed est divisor et cui duricie ipsius partes in duricie diversae existunt. Et serrinus quidem est pulsus velox spissus et durus: cuius partes in magnitudine diastro le diversae existunt in duricie et molitie.

Determinat de serrino dices. quod hic similatur vndoso in diversitate: sed est durus et vndosus: molles: et in duricie est diversus: et cum hoc oportet quod sit velox et spissus aliter non dicitur serrinus.

Et ex eis est cauda soricina: et est ille quod ordinatur in diversitate suorum partium ex diminutione ad augmentum aut ex augmentatione ad diminutionem: et cauda quidem soricina est cum est in pulsibus multis et est cum est in uno pulsu in partibus multis aut in parte una. Et eius diversitas propria est illa que ex magnitudine pendet. Et est cum est in comparatione velocitatis ad tarditatem: aut fortitudinis ad debilitatem.

Hec patet nisi quod cauda soricina in una parte unius pulsus non potest intelligi diversa in magnitudine: sed in velocitate et spissitudine.

Et ex eis est mesalinus et ipsum est qui ex diminutione procedit ad aliquem terminum in augmentatione postea reclinatur inferius ad suum ordinem donec ad primi termini diminutionis perueniat. Est ergo sicut due caude soricina que continuant apud maiores eius extremitates.

De hoc satis patet quid dicat Avic.

Et ex eis est bispulsans et in ipso quidem discordari sicut medici. Sunt enim quidam quod ipsum unus pulsus ponunt diversum in preceptione et consecutione. et sicut alijs qui ponunt ipsum duos pulsus: quorum unus alterum consequitur: et ad ultimum inter eos non existit tempus quod dilatetur ad colligendum. sistolem. deinde diastole. non. n. omnino ex quo consequuntur duo percussiones opere ut sint duo pulsus: alioquin ille cuius intersecatur diastroles: et deinde redit eum duo pulsus: neque est opere ut sint duo pulsus nisi cum incipit et fit diastroles et postea redit ad fundum faciendo sistolem: deinde redit iterum et diastole facit.

Determinat de bispulsante. Et primo dicit breuiter. quod in pulsu bispulsante sunt discordati medici: quod aliqui dixerunt quod est unus pulsus: aliqui quod duo sunt quod alter alternatur. i.e. cito post. Dicit secundum. quod ultima veritas est quod non omnis pulsus ex quo due sentiuntur percussio es est duo pulsus: tunc enim ille quod est intrinsecus esset duo pulsus: immo non sunt duo pulsus nisi cum incipit et fit diastroles a virtute. et postea redit virtus ad fundum faciendo sistolem: deinde redit iterum virtus et diastolando facit diastole. et de his sufficienter habuisti capitulo precedenti. cum dixi de pulsu redditivo.

Ex eis sunt getem habens et cadens in medio quos pdiximus. Sed differetia inter cadentem in medio et gazellantem est quod gazellantis secunda ante venit quod compleatur prima. sed in cadente in medio est pulsus qui venit in tempore quietis cum completur percussio prima.

Determinat de duabus speciebus: et primum ex precedenti capitulo. Et cadens in medio est diversus sed gazelans est diversus in una parte unius pulsus: et ideo secunda percussio ante venit quod totalis dilatatio incipiens in prima per-

## Sen. II.

cussione finiatur: et in cadente in medio sunt due integre diastoles: sed fit una parua et cito venies in tempore quo expectabatur quies post primam.

**C**Et ex istis quidem capitulis sunt pulsus spasmosus et tremulus et retortus qui filo quod torqueatur assimilatur. et ex capitulo diversitatis in precessione et consecutione et in siti et in latitudine: et cordosus quidem est ex summa retorti et similatur tremulo: sed tamen in tremulo diastoles est magis occulta: et similiter exit ab equalitate sit in eleuatione ad superiora est in retorto occultior: sed tenuis in cordoso est manifesta et est eius tensio ad unam partem tamen. Nam vero tales accidunt quales sunt scilicet cordosus et retortus ad unum latus declinans in egritudinibus sic. **P**ulsus vero composite species quasi infinitae sunt: et neque habentes nomina.

**C**hic de quatuor speciebus simul determinat. Et primo dicitur quod in istis pulsibus et pulsus spasmosus et pulsus tremulus et pulsus retortus: et isti sunt tres diversi a similitudine. Nam spasmosus est quando arteria sentitur retrahiri et remoueri per tensionem a suo naturae siti: aut ad unum latus: aut ad aliud. **C**In cōcussione et tremulus dicitur hic ab Auct. sentitur moueri arteria ita a suo siti et forte magis quam in spasmoso ut vult. Sed non sentitur hoc modo moueri ac si traheretur et redatur: immo potius cum mollescit. Retortus autem similiter filo quod retorqueatur: quod filum etiam in sua positione non seruat rectitudinem: et ille est diversus in consecutione et precessione et in situ prius. **D**icit ultius quod cordosus est de summa retorti: sed non est ad modum filii sed corde et assimilatur tremulo. **C**Dicit ultius quod in tremulo diastoles est magis occulta. Et in retorto exitus ab equalitate situs in eleuatione ad superiora est occultior. sed in cordoso tensio est manifesta: et aliquid eius tensio est ad unam partem tamen. **C**Dicit ultimo. quod sunt tres scilicet spasmosus: cordosus: et retortus plurimus accidunt in siccis egritudinibus. et hoc non dicit de tremulo. **C**Ponit igitur excusationem a determinate composite species. Et totum est clavis habeti bonorum sensu assimilati res istas.

**C**De illo ergo ex spiritibus pulsus est naturalis. **L**ap. IIII.



**C**uiusque generis prenominatorum in quo est superfluitas augmenti vel diminutio naturae est equalis nisi fortis quod naturae in eo est augmentatus.

**C**Determinat de pulso qui iter predictas species est naturae. Et dividitur in tres partes. prima ostendit quis est absolute naturae in spiritibus pulsus suscipientibus magis et minus. secunda comparative in eisdem spiritibus. secunda ostendit in spiritibus non suscipientibus divisionem per superfluitatem et denotionem. ibi (Et si aliquod alio). Ibi etiam (Alio ratione). **C**Dicit primum. quod in omnibus generibus pulsus cuius spiritus sumit sibi superfluitatem et diminutio naturae est ille quod est equalis. id est medius nisi in genere fortitudinis: ille enim est naturae qui est fortissimus. **C**Ubi nota quod in spiritu prenominationis generibus sumuntur spiritus penes superfluere a medio vel deficere ab illo ut magnus: paucus et velox: frequens tardus rarus et ceterum. In spiritu autem at non: ut in diverso et equali ordinato et ordinato boni vel malorum poteris. De primis autem loquitur Auct. hic. **C**Lata autem plus in istis quam in aliis hoc modo species sumantur est dicta supra. **C**Nota secunda. quod per equalem non intelligimus illum qui opponitur diverso: sed quod est medius vel mediocris in magnitudine vocatur hic equalis in magnitudine

## Boc. III.

**C**Nota tertia. quod hic naturae pulsus per intelligi dupliceiter. Uno modo in respectu ad spem humanam. et ille dicitur naturae quod est temperissimo corpori conueniens: aut respectu illius cuius est. et hunc ille est naturae quod est conueniens corpori in sua naturissima dispositione existenti: ut ubi gratia: sorti vel platonis: et virtus in modo equalis est medi: primo medius absolute: ut inter extrema respectu spei. secundum medius iter extrema respectu corporis illius. **C**Nota quartus. quod ratione quare in forti medius non est naturae est quod naturae est ille quod est sequens temperamentum complexum. modo fortitudo virtutis sequitur complexis temperamentis. et ideo fortissimus pulsus est ille quod est temperissimi: et ideo non est naturae. **C**Nota tamen apud quosdam intelligi fortissimum illum quod est fortissimum perseveranter. Nam per spiritus pulsatio stat per vehementiam conatus fortior esse aliquius egri pulsus temperato pulsu. **C**Aly ratione absolute voluntate intelligi: et dicunt quod ideo plus conatur ad pulsandum: ex hoc non sequitur pulsus fortior: et ideo maior sed debilior: quod non est conatus talis: nisi cum disperatia quando necessario sequitur debilitas. Ex quo per se non sequitur contingit virtute plus conari: igitur pulsus esse fortior: quod non potest aly paribus plus: sed accedit disparitas: per quam sit pulsus et virtus debilior. secundum per se. quod non potest esse abundantia virtutis respectu virtutis temperati cum temperissimus sit fortissimum presentem in virtute vitali. **C**Et si arguitur contra dicta: quod possibile est pulsus mediocris magnitudinis non esse naturae: quod potest iueneri in febriete. Concedo conclusioem: sed hic non dicitur quod omnis pulsus medius est naturae: sed ecce contra. quod omnis naturae est medius in genere suo et ceterum.

**C**Et si aliquod alterius generis non augmentum prebeat nisi fortitudinis augmentum sequens et factum fuerit maius. ubi gratia. ipse erit naturae per fortis.

**C**Facit quod dicitur est dicens. quod si in aliquo generis fiat augmentum in aliqua differetia quod non fiat nisi per augmentum fortitudinis: tunc illud quod tali modo est augmentatum est naturae: per fortis. id est causas dictas in fortis: ubi gratia. quando contingit pulsus magnificari per augmentum virtutis: tunc pulsus ille maior erit naturae: quam ille quod erit minor per debilitatem: et ita intelligatis de veloci et frequenti et aliis. Et ideo etiam mediocris aliquis in magnitudine aliquo magno est minus naturae. Et aliquis mediocris aliquo plus est minus naturae. Nam in febriete constante virtute et obedierte instrumento fit pulsus magnus: per virtutis debilitatem contingit fieri parvus: igitur stabilit fieri mediocris. **C**Pono postea. quod fortis virtus status equilibrio necessitate et constat quod magnificabitur: et erit magis naturae: ut status dices. vita de veloci et frequenti arguere possumus. Non igitur sequitur naturae necessario mediocritatem: sed ideo si est naturissimus opus quod sit mediocris. Quod autem quidam hic inferunt pulsus variari sibi omnes differetias et continuerem remanere eam naturae puto satis possibile ut constat in casibus multis: non tamquam quod sit possibile temperatus de secundo modo equalitatis. Nam statim sicut permutatur a disponere optima non est amplius de secundo modo equalitatis temperatus.

**C**Aliorū vero generū que neque augmentum. neque diminutio tolerat naturae est mediocris et ordinatus et qui est boni ponderis.

**C**Hic docet quod est naturae in generibus aliis. Et dicitur quod in aliis generibus que neque tolerat augmentum: neque diminutio naturae est in uno eorum equalis ordinatus et boni ponderis in alio genere quod non est absolute naturae cum omniis talis sit diversus. et quod non est ponderis boni. Et nota. quod ista genera dicuntur non tollere superfluitatem augmenti nec diminutio. Nam in diverso non potest minui superflue diversitas. Uel melius illa non tollerat quod prima diminutio eorum in suas spiritus sumatur a pleuram minori principatoe in eadem natura sicut faciunt alia septem.

**C**de causis specierum pulsus probat. cap. V.

**E**iusarum pulsus quidam sunt coes necessarie essentiales in constitutione pulsus ingredientes: et vocantur contentive: et quedam sunt in constitutione pulsus non ingredientes: et harum quidem alie sunt inseparabiles quarum permutatione permittatur iudicium pulsus: et vocantur cause inseparabiles: et alie sunt separabiles que vocantur mutantes absolute.

**I**n hac parte determinat de causis. Et proponendo divisiones generales. 2º ostendendo quales dispositioes pulsuum ex istaz carum varietate pueniat. 2º ibi. (Lū instrumentū.) Presens caplū dividit in quatuor partes. Primo ponit unā distinctionem. 2º aliā. 3º numerat tenta sub uno membro primo distinctionis. 4º ponit unū canon. 2º ibi. (Et hanc.) 3º ibi. (Contentive. Ibi 4º. Et hanc.) Dicit propter causam pulsus quidam sunt coes necessarie constitutiones pulsus ingredientes essentiales que vocantur contentive. Et quidam sunt constitutiones pulsus non ingredientes. Ubi nota quod causa quidam sunt a non pro se intente siue ordinata ad pulsos cauedū et sunt immediate. Iste igitur quod in omni pulsu in suo genere inveniuntur dicuntur coes. Et quod sine illis non potest esse pulsus dicuntur necessarie: et quod sunt ordinatae ad pulsum cauedū a non dicuntur essentiales: et quod sunt cum hoc toto immediate: id explicande sunt in diffinitide debita pulsus. Et id dicuntur ingredientes constitutiones pulsus. Et quod virtualiter continet omnes causas pulsus mutantes dicuntur contentive. De secunda parte dicit quod illazz que non sunt contentive: quidam sunt inseparabiles ut sexus et etates. Et iste dicuntur inseparabiles quod non possunt sumi totū suū genus non esse cause pulsus: quedam autem non sunt inseparabiles: et ille dicuntur mutantes absolute ut motus et accidentia anime.

**C**ontentive vero cause sunt tres. Tertia vitalis que est in corde monens pulsos: et tu quidem iam scivisti eas in capitulo de virtutibus. et secunda est instrumentum et est vene pulsiles quas iam scivisti cum numero immissim membra. et tertia est necessitas extinguendi: et est adueniens per qualitatem notarum extinctionis que renouatur in termino caloris opposita in suo incendio aut extinctione aut equalitate sua.

**H**ic enumerat causas contentivas pulsus dicentes quod sunt tres. 1. virtus vitalis: et haec cognovisti semper prima. Et instrumentum. artearia: et ista cognovisti in capitulo de membris. 2º est necessitas evanescendi et extinguendi. et ista necessitas est eveniens per qualitatem notarum extinctionis. 3. accidit quod adest idoneitas extinctionis: quod extincio renouatur opposita termino caloris in suo incendio aut extinctione sua aut equalitate sua. 4. remittendo calor et sum effectus aut prohibendo exitus ab equalitate. Circa quam partem non ex Galen libello de utilitate pulsus quoddam dixisse. prostration arteriarum pulsus fieri a virtute. sed non dilatatione: immo dilatatione esse redditum ad naturalem situm arterie quod est ut parietes se non contingant. Quod probant: quod in animali mortuo quis reperiant vene pectibiles se tangentes constrictae: arterie tamen inveniuntur coxae et dilatatae et nulla virtute. Alii autem fuerunt qui dixerunt prostrationem non fieri a virtute: sed contingere cessante virtute a dilatatione sicut apparebat esse in haneritu: sed Galen utrumque opinionem improbat. Propter in hoc quod dilatatio fortis innenit prostante virtute: et debili existente virtute innenit debilis non obstat et eadem magna inveniretur. Se

tundam probat. quod hora multiplicatiois fumorum in arteriis fit maior prostration: et hoc non esset nisi fieret a virtute. Et assumptum probat quod id quod apparet in somno post multam combustionem. Et tu considera quod nullus modernorum fortiores rationes adducit contra plusquam commentatorum oppositorum tenentem: nec plusquam commentator has rationes soluit. 2º tegni. Non enim quod de necessitate extinguendi utrum sit causa contentiva est dubium. Nam possibile est permanenter in corde et arteriis esse caliditatem diminutam ut inducat continet cor et arteriae et spuma calefactionem ad hoc ut sint in debito temperamento: et tam in talibus dispositiōibus sit pulsus. Et nulla propter tunc est necessitas extinguendi: et ideo non est causa contentiva.

**H**ic sunt plures rationes. una est Marsilius qui vult quod gratus calor is introducitur a fumis capinois non est eveniens per operationes. Et ideo idoneus est ut remaneat: quod igitur in omni dispositioē cordis sunt fumi tamen in corde quam in arteriis calefactores cor et arterias: igitur in omni dispositioē idoneus est evenientiam et extinctionem talis caliditatis. Et ad argum admitto quod cor et arteriae et spuma labantur ad frigidum. Et procedo quod per magnum tempus in quo est pulsus stat ista esse: et cum arguitur cor et spuma idoneus est calefactionem: igitur non idoneus est extinctionem. Nego argum. Nam idoneus est calefieri a re proportionata et idoneus est ut remaneat calor inducitur a fumis malis. Et contra arguitur: quod stat iter fumos et cor et spuma nullam occurrit malam perpetuat et cor idoneus calor actuali. igitur stabilitur tunc caliditatem a fumis introductis non esse extinguendam. Maior est clara et minor: quod multoties cor idoneus est calefactionem ab exercitio per quod sol calor sine aliqua proprietate inducit. Ita quod scit quod spiritus adsint fumi calidiores corde et spiritibus: B. n. principium est voluntarie dictum. Alter dicit Jacobus quod dilatatio fit aut per extinctionem et remissionem caloris cordis et spirituum vel arteriarum: aut per seruationem illorum calorum: aut per phibitionem lapsus possibilis. Quicquid autem attrahit aer per phibere spirituum resolutionem quod spiritus sunt subtilis et calidi. Et quicquid attrahit ut promiscetur fumi capinos et inde fumi faciliter expellantur. Et ideo procedendum est quicquid magis immediatae causa dilatationis esse necessitatem modificandi quam sit necessitas eveniendi. Ad argum ergo dicitur procedendo quod pulsat arteria corde idoneus est calefactionem per fines dictos. Sed sine dubio ista solutio infert quod non spiritus et dilatatio sunt per extinctionem necessitatem. Sed sic necessitas non est causa contentiva: maxime quod stat spiritus et grossiores obvitas idoneas subtiliationem. Alter igitur dico ex his quod dixi prima primi et per abundantem caloriam naturalem ab humido radicali: per cuius mixtiones et adnascientiam cum spiritibus siue spiritu suorum approbari cordis ita ut cor mediatis illis operari recte: sic per resolutiones humidi radicalis lichenum flammam adharet lichenio debito modo ita ut succedat ad locum manuam alterius generationis. 2º superponendum est quod in talibus corporibus calidis quam cum alio sanguine sicut flamma cum cædela nisi fieret evenitatio citius id quod est suorum ad subtile ex corpore grosso cui calidum subtili initio dissoluere est atque noua pars preparatur: B. n. p. q. alio non est causa danda quod flamma suffocatur et cædela extinguitur in suffocatorio. Ex his primum quod cum oculi cor vienes sit vehementer calidus et eius spiritus ut. s. allegamus ex Galen libello de utilitate pulsus: igitur in quibusque corporibus est necessitas cordis evenitatio ad B. ut non nimis cito dissoluatur id quod est preparatum et in vaporum suorum ex subiecto cordis: per cuius participationem calor seruatur et spiritus cordis debite adnascitur. nam est in corde quantumque frido citius tale dissoluatur quam nouum preparatum. spiritus igitur est necessitas eveniendi. Unde sic videmus quod nec magna nec pauca flamma sufficit saluari in suffocatorio. et quod hunc modum necessitas extinguendi est causa contentiva et essentia omnis instrumenti pulsum: 3. aliquod cor idoneus est calefactionem cum quod sanguis flabellatio illius vaporis. Et alicuius summi solutioes ex parte multitudinis spirituum subtilitatibus superflue ipsorum per gradum caloris. Non enim si dilatatio fit per necessitatem sed per prostrationem virtute et obediens instrumento quod est efficax necessitas de arteria dilatari inducitur inservit: tamen non est falsum: quod tunc in febre

## Fen. II.

entibus cum constantia virtutis nulla esset ges post sistolem. Nam in quolibet instanti post sistolem est necessitas efficax ad euentandum cum sit calor multo maior q̄ in sanitate. **C**Hic r̄ndet Jacobus negādo primā h̄iam. Et iō qz vt s̄. dixerat cā quare quies media inter motus pulsus est necessaria: est qz virtus alio modo dz applicari q̄n facit diastolē t q̄n facit sistolē: t ideo cōpleta sistole ōz ḡ tanto tēpore saltez quiescat q̄ virtus sit applicata. **C**Lōtra hāc rōnem arguit: qz ex hac sequit̄ q̄ in febrentibus cōstante virtute pulsus deberet eē frequentior q̄ si virtus nō con staret. Nam virtus constans potest citius se suo instrumēto applicare pro fine consequendo q̄ quādō non constat: sed q̄ cito applicat tam cito dilatat: igitur citius post sistolem alys paribus diastolat q̄ quādō virtus est debilis: cō sequens tamen constat esse falsum: quia vna de causis fre quentie est debilitas virtutis non potentis velocitate sa tissimacere t magnitudine vt capitulo sequenti. Melius est ergo dicere p̄sequenter ad dicta in capo primo. q̄ virtus i tendit quietem post sistolem: t pro illa vtitur vllis trans uerilibus t ipsa resistit dilatationi tempore aliquo fm q̄ vna necessitas aliam superat.

**C**Et harū q̄dez causaz p̄tentiaz opatiōes mu tant fm id q̄d adiungit eis ex causis iseparabiliib⁹ t mutantib⁹ absolute.

**C**ponit canon. dicens q̄ operationes harum causaz con tentiarum variātē t permūtanē fm q̄ causis illis p̄iungunt̄ cause mutātes absolute t cause inseparabiles. Et hic locus intelligit a quibusdam q̄ operationes harum cau saruz permūtonē ex coniunctione aliarum: fm q̄ alie per talem coniunctionem permūtanf. Ego autē dico q̄ stan tibus causis contentiuis non variatis in suis gradibus ppter accidentia aie t multa alia cōtingit variari pulsus: vt infra dicam suis locis proprys.

**C**De his q̄ pueniunt ex cāis p̄tētiuis solūmō. Cap. VI.



**C**um instrumentuz fuerit obediēs sui lenitate t virtus fortis t nec es sitas ad extingueñ. v̄bemens erit pulsus magnus.

**C**hoc capitulū est dictum de his que pueniunt a causis contentiuis solūmodo quia in ea determinat̄ de differētis pulsuz fm q̄ ex cau sis contentiuis pendent non habendo respectuz per se ad alias causas. Et diuidit̄ iudicio meo in. xi. partes. p̄mo tra ctat de causis magnitudinis. 2° paruitatis. 3° velocitatis. 4° frequētie. 5° velocitatis cū magnitudine p̄iuncte. 6° ve locitatis t spissitudinis p̄iunctaz cū magnitudine. 7° lon gitudinis t latitudinis. 8° de causis tarditatis t spissitudinis. 9° de causis debilitatis t duritiae t mollitiae. 10° de cau sis pulsus diversi. 11° excusat se a determinatiōe de pleno t vacuo t calido t frigido. 12° ibi. (Q̄ si virtus). 13° ibi. (Si v̄o necessitas). 14° ibi. (Q̄ si v̄tus). 15° ibi. (Si aut̄ virtus). 16° ibi. (Et si necitas). 17° ibi. (Lōgitudinē). 18° ibi. (Spis situdis). 19° ibi. (Cause v̄o debilitatis). 20° ibi. (Et diversi tatis v̄o cā). 21° ibi i fine. (Et cause quidē pleni). H̄uc mo dū tenui i diuidēdo voluntarie qz debite in. i. 5. partes diui debat̄ p̄ncipales. Et ego q̄sdaz partes diuidā. **C**Dicit pri ma: cū instrumentū fuerit obediēs sui leuitate virtus etiā fortis fuerit t necessitas euētādi v̄bemens pulsus erit ma gnus. **C**Dicit z. q̄ de istis tribus causis necessitas est iu nantior ad pulsuz magnificandū. **C**Nō igī hunc locuz a gbusdā exponi q̄ Auic. hic narrat causas regitas ad pul sus magnitudinē: ita q̄ quecūq; istaruz defecerit non erit pulsus magnus t sūt etiā sufficiētes ad pulsus magnitudi nē: iō illis positi pulsus magnitudo. Mibi autē vi

## Hoc. III.

det̄ q̄ stat pulsuz eē magnū necessitate nō existente mul ta vt colligit ex Hal. in cōmēto pulsuz. ca. de pulsu tenu uiū expresse: t iō dico ad istas causas deducto impedimentū sequi pulsus magnitudinē: nō tñ q̄nūq; est magnitudo necessario ille cause inueniunt̄. Et dico notanter deducto impedimentū: qz penes me tristitia t somnus t multa alia paruificat̄ pulsuz t si necessitas euētādi sit multa. **C**No ta 2: q̄ instrumentū est dilatationi obediēs nō p̄ quācūq; mollitiē: posset. n. esse nimis molle ita vt parietes concide rent vnu sup aliū t impediret̄ magnitudo: vt infra patet: neq; ēt cū quātlibet duritiae: sed dz habere mediocri tate quandā inter ista: quā Aui. vocat lenitatē in qua me diocritate est latitudo cū quidā est gradus tēperatissime obedientie quidā maioris t ḡdam minoris: dī igī instru mentū obediēs qz h̄is mediocritatē iſra dictā latitudinē vel clarius tēperatissime obediēs. **C**Nota 3: q̄ nō solū p̄ suaq; duricie resistit dilatationi: sed p̄ carnis t pinguedinis multitudinē: t iō intelligat̄ obediēs p̄ prīuationez istoruz. **C**Nota 4: q̄ virtus duplicit̄ dī fortis. vno mō absolu te: t ista est cū tēperamēto pplexiōis. Alio mō respectu hu ius determinati effectus. s. magnificādi pulsuz: t talez vir tutis magnitudinē voluit hic Auic. Nam p̄ma non iuēt̄ cū augmēto necessitat̄. **C**Nō v̄teri vt iſra diceat̄ q̄ per nullā pulsus differentiā satisfit: ita necessitati sicut p̄ ma gnitudinē: ideo semp̄ virtus conat̄ deducto impedimentū ad faciendū magnitudinē p̄portionatā necessitati. Cum igī necessitas euētādi sit multa: conat̄ ad magnitudinē faci endā q̄ illi p̄portionat̄. t ideo si adhuc sit fortis t instrumentū sit obediēs sequit̄ magnitudo: vt dixi impedimentū de ducto. t hoc vult hic Auic. **C**Et ego nō habeo pro iconu niēti q̄ v̄tus est fortis: t instrumentū obediens: t necessitas aucta: t pulsus paruus p̄p causas magnitudinē ipediētes: nec habeo p̄ iconueniēti q̄d ecōtra p̄tingat q̄ pulsus ē ma gnus t necessitas nō est aucta: s̄z nō stat q̄ sit magnus: vel cū v̄tus debilitate vel debilitate vel ipotētia respectu hu ius effectus pducēdi. **C**Circa z. dictū attēde q̄ dupli citer solet expōi: q̄ necessitas magis iuuat ad pulsus magni tudinē q̄ alia cā de istis trib⁹. vno mō q̄ nō est iuūtior q̄ ad actū causandi: s̄z quo ad modū: qz necessitas est cā vt si nis: t v̄tus vt agēs. z. t meli⁹ q̄ pulsū existēte tēperato per nulli⁹ dictaz causaz p̄tētiuz mutatiōez p̄t̄ ita magnifi cari pulsus sicut potest p̄mutatōez necessitatis. Nā s̄z vir tus est fortissima: tñ per eius mutatōez nō ita magnificat̄. **C**Itē instrumentū l̄z per sinobedientiā sit cā q̄ magnificat̄ pulsus: non tñ tñ magnificari p̄t̄ per instrumenti obe dientiā sicut p̄ augmentū necessitatis: t hoc est ad experi entiā manifestū. l̄z igī absolute p̄ virtutis augmentū pos sit tñ augeri pulsus sicut p̄ necessitatē augmenti: qz tamē stante magnitudine p̄portionata necessitati nō p̄t̄ per ali quā permūtā ita augmentari pulsus sicut per necessitati augmentū: ideo dicimus q̄ ipsa est iuūtior.

**C**Oz si virtus fuerit debilis pulsus paruitas cā proculdubio sequetur. t si cum hoc instrumē tum fuerit durū t necessitas pauca erit minor. est etiā cū durities efficit paruitatem.

**C**Pōit cās puitat̄ p. z. p̄patine. ibi. (s̄z tñ puitas) **C**In p̄ p̄te vult tres p̄clusiōes. Prīa ē illa si v̄t̄ sit debilis necessitatio pulsus ē puius. Et ista intelligit nō debilitate absolute i tellectu respectu tēpate v̄tut̄. Nā s̄stat q̄ i febre pulsus ē magn⁹ t v̄t̄ debilis: s̄z de debilitate i p̄patōe ad pulsuz ma gnificādi vel mediocrē faciēdū: t h̄ mō p̄clusio est certa: qz n̄ sit effect̄ sine sufficiētia agēt. **C**z. p̄clo ē. q̄ si cū de bilitata v̄tute fuerit iſtri durities: t diminutio necessitat̄ pulsus erit minor: p̄z: qz plures cause ad puitatē p̄iūcte fa ciūt̄ maiore puitatē alys paribus. **C**z. p̄clusio ēt q̄nūq; so

la instrumenti durities facit pulsus parvus. Et ea est: quod instrumentum duorum difficilius dilatatur quam molle: ut pars in ictibus et calciametis duris.

**C**ed tamē puitas cuiusdam est duricies separant a puitate cuiusdam est debilitas per hoc quod est durus et non debilis: et breuitas eius et profuditas non est maiora sicut est cuiusdam est virtus debilis. Paucum quoque necessitas puitate efficit. sed debilitas ibi non erit: et neque est aliquis hanc tristis: que plus efficiat puitatem quam debilitatem: et puitas quidem duriciei cuiusdam virtute plus est quam puitas priuatiōis necessitatis cuiusdam virtute. virtus namque cuiusdam priuatiōis necessitatis non minuit muletum ex equali: quoniam a diastole prohibentem non habet et non declinat ad hoc ut non multum super tempore addat. nisi id quod non multa habet necessitatē.

**C**determinat comparatiue de puitate in miscendo unam eam

puitatis absolute. Et ponit quatuor conclusiones. **C**uria puitas cuiusdam est duricies differt a puitate: cuiusdam est debilitas virtutis. Primo in hoc: quod puitas sequens duricie facit pulsus duorum non debile: cuiusdam oppositus facit puitas sequens debilitatem. **C**differt secundo: quod pulsus parvus propter duricie non est multum brevis: nec multum profundus: sicut quando est plus per debilitatem virtutis. et cuiusdam prime differetia est manifesta.

**C**ausa vero secunda est: quod ex quo est fortior pulsus. et propter duritiae sensibilior in uno propter duritiae. Econtra autem in parvo propter debilitatem: ideo constat quod apparebit magis alta pulsatio et in aliquo loco senties ille propter cooperaturam: a carne etiam erit longior. Aliqui volunt causam primi: quod uter cuiusdam parietes ad duricie tendunt cum in uno extremo dilatantur facile segunt dilatatione usque ad aliud extremum. Propterea quod partes dure existentes eleuant ad eleuentem sibi vicine: sed in molli non est ita: et cum virtus sit fortis in diu saltem tota arteria ex conatu sublevando facit apparere pulsus minus profundus: et si ambe cause coniungantur erit res clarior. **C**tertia conclusio est. quod paucum necessitas est causa puitatis pulsus: et rō: quod virtus non conatur ad tantum dilatandum: vel tantum aerē frigidū attrahendum: sicut necessitate existente tempore: quia non indiget: sed huius pulsus non erit cum debilitate: quia virtus non debilitata adhuc: et intelligas tanta sit est puitas. **C**Quarta conclusio est. quod nulla ista trium causarum ita facit puitates sicut debilitas. Et ista hoc modo intelligatur: quod per nullius cause priuatiōes a tempore statim aliis potest tamen permutteri pulsus: sicut per defectum virtutis. Et propter hoc: quod statim necessitate tempore et instrumenti obediens virtus potest usque ad non gradus diminui: et ita pulsus quam titus ad non gradus deduci: sed non potest necessitas ad non gradus venire statim virtute. Et id nullo modo per solius necessitatis diminutionem potest tamen permutteri: sicut per virtutes decrementum similiter intelligatur de instrumenti obediens. Adde etiam: quod si necessitas extinguedi ad non gradus venire: tamen sunt ibi aliae cause propter quas fit diastoles. sed deficiēte virtute non est agens illas. **C**Quarta conclusio. quod parvitas sequens duritiae statim virtute pulsatili est maior quam puitas sequens diminutionem necessitatis statim fortis virtute. hanc conclusionem probat Avicenna: quia constante virtute et diminuta necessitate virtus non multum minuit ex equali. i.e. ex mediocri: quod non est ibi positum impedire a dilatatione: et non est ibi cuiusdam prohibens ne fiat pulsus magnus: nisi quod ibi non est necessitas sed non positiva: sed causa duricie est cuiusdam positiva que est resistētia instrumenti. Et presens locus intelligitur duobus modis: unum est quod duricies instrumenti potest multum crescere: constante virtute: quia multa potest fieri tensio in arteriis virtute constante: et ideo potest multum minui pulsus: per

indurationem arterie: sed non ita de diminutione: quia diminuta necessitate si multum sit diminuta necessario sequitur virtutis pulsatilis debilitas: frigiditas enim intensa est mors innati calor: et propter hoc non potest diminui pulsus tamen constat virtute per diminutionem necessitatis sicut per duricie instrumenti. **C**Alio modo potest intelligi: quod constante proportionali lapsu in defectu necessitatis et instrumenti obediens: propter duricie sequatur minor pulsus ex instrumenti inobediens quam ex defectu necessitatis: et hoc etiam satis bene toleratur et videtur satis ad mentem Avicennam. **C**Et assignat quidam pro causa: quod diminuta necessitate virtute pulsus non sit solus pius sed tardus et rarus. Sed inobediens instrumento virtus facit pulsus parvus et conatur cum velocitate et frequētia satisfacere. Et id cum ibi satisfaciatur cum duabus differentiis potest multo magis parvificare: sed tamen causa est ambigua: quia hanc sint ibi differentiae ad satisfaciendum: tamē plus est etiam de necessitate. **C**Et alia causa clarior est: quia dilatatio non solum variat secundum variationem necessitatis evanescendi: nec illam solam sequitur: hanc igitur necessitas evanescendi sit diminuta ad subduplum: non opus est pulsus esse ad subduplum diminutum: sed constat quod sit multominus diminutus ut satisfaciatur aliis finibus propter quod est diastole: sed cum sit instrumenti obediens equa proportionabiliter diminuitur magnitudo per quocumque fine fuerit.

**C**Si vero necessitas multa fuerit et virtus fortis et instrumenti inobediens propter suā duricie magnitudini non poterit esse quod fiat velox et velocitati restauraret id quod deest ex magnitudine.

**C**In hac tertia parte ponit causas velocitatis. Et dicit: quod si necessitas fuerit multa et virtus fortis et instrumentum inobediens magnitudini: non poterit esse quin pulsus fiat velox. Et causa est: quod virtus deficiens a satisfaciendo necessitatis per magnitudinem. Conatur ad restaurandum illud per velocitatem quod per magnitudinem deficit. **C**Ubi non primo: quod magnitudo est differentia virtuti difficultor quam frequētia et quam velocitas: et ideo talis ex virtutis diminutione: quam ex instrumenti inobediens prius definit virtus pulsus posse magnum aut mediocrem facere quam veloce. **C**causa autem quare magnitudo est difficultor est primo ex parte instrumenti. constat autem quod utrīusque dilatatione usque ad quam non est oportunum corium extendi parum resistunt: sed cum dilatati sunt usque ad naturalium corū dimensionum extēsionem ulteriori dilatationi multo plus resistunt quam ante: immo parvus ulteriori multo plus quam toti precedenti magnitudini. igitur supra mediocritatem multo plus resistit arteria quam velocitati: que non est cum tanta dilatatione.

**C**Secunda causa est: quia in processu dilatationis spiritus quo iuvante fit dilatatio est minus ynitus. **C**Tertia causa est: quia multum aerem: aut aliud resistens corpus attrahere est difficulter quam parvum velociter. Parva enim virtus sufficit granum frumenti velociter ferre ut forma que duo grana nullo modo potest. et ideo instrumento facto inobediente propter duritiam. contingit impotenter fieri ad magnificandum: sed tamen remanere potentem ad velocitandum. Cum igitur virtus non potest per magnitudinem satisfacere conatur ad melius de possibiliib⁹ et facit velocitatem. **C**Et ego hunc locum non intelligo: quod augmentata necessitate parvum virtus non faciat velocitatem si esset constans et instrumentum temperatissime inobediens aliis impedimentis deductis: sed sufficit quod faciat velocitatem quando non est obedientia instrumenti dilatationi magne: quod puto etiam facere quando est temperatissime inobediens et sunt impedimenta deducta. Neglegit ex isto intelligo: quod pulsus in hoc casu non fiant frequentes. immo puto quod ipsi fiunt.

## Fen. II.

**C**o si virtus fuerit debilis et pulsus non poterit magnificari et velocitas in eo non opata fuerit non poterit eē quin fiat spissus quod spissitudine restauret illud quod ei defuerit ex magnitudine et velocitate: et multe vices tenebit locū vnius viciis sufficiētis et magne aut duas velocitū. et hoc quod est sicut cū homini necesse est fere rē ponderosaz quā si poterit una vice totaz ferret: si vero nō dividet eā in duas ptes et festinabit: et si nō: i multas ptes ipsaz distribuet et feret quāqz pte quo cūqz modo poterit cū spacioitate aut velocitate: deinde nō cessabat iter quaslibz duas oneraturas ei⁹qz sit in eistardatus. qd si multe fuerit debilitatis stabit tunc et ferret eam festine et redibit cum tarditate.

**C**ponit causas spissitudinis dices qd si virtus fuerit debilis: ita qd nō possit magnificare pulsum nec facere velocem: et supple necessitas sit aucta: tunc fiet pulsus spissus. **C**Dicit scđo. qd sic est simile sicut debenti ferre pōdus de uno loco ad aliū locū: qui si potest totum pōdus ferre: fert una vice. Si autē nō potest dividet et portabit tarde: s3 modicū quiesceret inter unaz oneraturā et aliā: et multe vices tenebunt locū vnius sufficiētis et magne aut pluriū velocitū. Sed si multe fuerit debilitatis feret tarde et stabit diu inter unā et aliā. **C**Ubi nota. qd ex tribus p̄iculis supra divisionis et expositis solēt communiter doctores elicere. qd augmentata necessitate et cōstante virtute et obediēte instrumento. p̄mo si a tēpamēto augeat acgritut magnitudo. scđo velocitas, et tertio spissitudo. Nā ex quo in principio dixit. qd acquirit magnitudo et postea qd exquirit velocitas quando instrumēto est inobediēts dilatationi dāt intelligi qd instrumēto obediēte nō fieret velox. Silr de spissio dicit. qd est spissus si virtus adeo fuerit debilis qd velocitez et magnitudinē facere nō potest. Silr ex alys duob⁹ sequentib⁹ canonibus et exēplū posito. **C**Isti igitur volunt qd virtus semper facit de possibilib⁹ id qd est melius: et qd melius est per vnicā dīaz v̄tuti satissimacere qd p̄ p̄lce: et p̄ duas qd p̄ tres: iō v̄tute hoc potēt facere satissimacere solū p̄ vna: et cū pax plus est satissimacere p̄ duas: et qd magnitudo est differētia per quā melius satissimacere qd p̄ aliquā differētia: et velocitas est in scđo loco: ideo p̄o exsidente augmēto necessitatis illa differētia quā addit est magnitudo cū ista sit differētia p̄ quā optime satissimacere necessitat: et sic p̄ duas facit cū velocitate et magnitudine que sunt differentie ad hoc aptiores et nā facit de possibilibus qd melius est. Ultimo autē cū sine eo facere nō potest addit frequētia. Et hāc positio ne sequuti sūt antiqui oēs. Lōtra quā sūt quedaz motina infra dicēda p̄ tertia opinione.

**S**ecūda positio fuit narrata breuissime a Hen-  
tili supra secūda ter: sed illā Jacobus d̄ forliuio ornauit et dilatauit. Et vult hec opinio qd cōstāte virtute et obediēte instrumēto si augeat necessitas semper fuit in pulsu magnitudo et velocitas et spissitudo et triū eque p̄portionabiliter crescut. **C**Et p̄ncipale motiuum est. qd tam p̄m istos qd eriā iuxta Auic. nunqz cūz istis circūstātys acgrit per necessitatis augmentū in pulsu frequentia qn velocitas prius acgrat et magnitudo: sed semper cū istis circūstātys necessitate p̄seuerāte acquirit frequētia: igit̄ magnitudo et velocitas. Maior p̄z ex dictis, p̄batur minor: quia sit. a. cor calidū supra tēpamētu quātū: cūqz modicū: et sit nūc p̄mo in cōstricto esse et. b. sit cor temperatū: et sit instrumētum obediēts et virtus fortis: et arguit

## Doc. III

**S**ic. Qd primo insurget necessitas efficax ad euētandum tā cito dilatabūtur in v̄troqz istoz arterie cū ibi nullū sit impediēts cum virtus agat p̄m necessitatē sed citius insurget necessitas in. a. qd in. b. igit̄ citius incipiet. a. dilatari. Et p̄ minor. qz. a. est cor calidius et inflammabilius. b. et silr spiritus et fumi sui zc. sūt paria: ergo velotius calefit: et sic velotius acquirit gradū caliditatis et necessitatē ad dilatatōem efficacē. Ex ɔsequēti arguit. citi⁹ dilatabūtur et eque cito incipit quiescere. vt ponit casus: ergo minor est eius ges post sistolez: et sic pulsus frequētior. et ideo maior est et velocior. **C**Tertius autē modus est magis iudicio meo ad mētē Aui. vult enī qd p̄stāte virtute et iſtruſtō obediēte et necessitate aucta supra tēpamētu incipiēdo a gradu tēpamētu neccio ē i pulsu magnitudo velocitas et spissitudo: vt dīc z⁹ pō: nec necessario acgritut prius magnitudo. scđo velocitas: deinde spissitudo verū gbusdā circūstantys possibilibus cum p̄ma p̄t stat. qd acgritut magnitudo sine spissitudine et cū gbusdā stat qd a quātolibet p̄uo augmēto necessitatis acgritut omnes iste differētiae. Nā tēperata existēte obediētia et alys deductis ipedimētis aut iuuamētis necessitate crescentie a tēpamēto quātūcūqz parum crescat si necessitas ē p̄seuerās et virtus fortis fuit pulsus magni et veloces frequētēs ad hoc vt v̄t sufficiat cū p̄portionatissimis differētys: v̄dēm⁹ enī manifeste i febribus augeri magnitudinem velocitatem et spissitudinē simul: cūus cā nō potest clare dari: nisi qz p̄portionate magis cū illis tribus satisfacit. qd si sola magnitudo: amplior tamē adderetur. Et ideo Hal. in cōmēto pulsuz voluit qd calidores complexionatiter habēt deductis alys pulsu tāto maiorem et velocitē tēperato quāto ipsi calidores existunt. Et in iſtructorio pulsū vult qd in exercitio et balneo calido in v̄su cibarioz calidoz calidis ap̄atib⁹ pulsus a p̄ncipio v̄sqz qd ista n̄ nimū excedūt sūt magni veloces et frequentes. Et filz in libello de v̄tilitate pulsus vult qd qualitercūqz corp⁹ calefit ad dūt magnitudo velocitas et spissitudo: et d̄p̄dūtur p̄ ifrūdationē sed reliqua qd ad has opinōes pertinet qd scđo regni. vbi late hec disputauit.

**C**Prima igitur positio tenet textum v̄z vt iacet: et ita exē plūm cuius cā assignat vt dīx: qz nā quādo est fortis factit de possibilibus id qd est melius. Et quia melius est per vnam differētiaz satisfacere: quādo potest: ideo per vnicā differētiaz satisfacit quādo modicū est necessitatis augmētum: et per duas quando est paruz amplius: et per tres v̄ltimate: et hoc p̄stante virtute et obediēte iſtrumento. Et ga illa p̄ quā optime satisfacit est magnitudo: et in secūdo loco est velocitas. ideo cū dīct: primo facit solā magnitudinez deinde magnitudinē cum velocitate zc. **C**Nō z⁹. qd vt dīxi supra omniū iſtarū differētiaz difficillima virtuti est magnitudo: et scđo loco velocitas: et tertio spissitudo. Et B Aui cē. notauit i exemplo de portāte onera. **C**Nota tertio. circa ultimū dictum qd communiter exponitur: qz cū virtus fuerit multe debilitatis. tunc virtus stabit et faciet pulsum in quo erit quies in tēpe in quo oportet esse motum: et post fieret festine. i. mouebit̄ parum velocius qd prius: sed postea redibit ad suam tarditatē recte sicut debiles faciunt. quādoqz qui pausant et post pax magis festinant tādem et tarditatē redeunt. Et ista est tolerabilis expositio.

**C**Dinus autē duas alias posuit expositiōes illi v̄ltime p̄cule: una qd in l̄ra deficiat una negatio. Nam debet dicere nō ferret eaz festine vbi dīct̄ affirmatiue. Et hoc mō dīc illud esset repetitio dictoz de his qd p̄ueniūt ex multa debilitate: vnde p̄mo stat. i. quiescit et nō fert festie zc. et iterz redit cū tarditate. **C**Secūda expositio est tenendo l̄ram vt iacet: et hoc modo oz dicere qd hoc est repetitio eius qd dīxit d̄ pulsu spissio et est l̄ra pax torqueada qd si virtus multe fuerit debilitatis stabit festine: ita qd ly festine referat